

**Florus Biblicus Seu Narrationes, Ex Veteri Testamento
Selectæ**

Pexenfelder, Michael

[S.I.], 1711

XLIX. Samsonis captivitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64523](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64523)

NARRATIO XLIX. SAMSONIS CAP- TIVITAS.

Judic. 16. cap.

Anno Mundi 2894. Ante Ch. 1160.

Nunquam fortissimus Samson sic periret, cum viris pugnare, quam cum fæminis ludere malueret. Portiarum urbis, cum se ris, postib[us]que sublatarum furtum inultum: op[er]o[rum] proprij sempiterni stigma, manebat Gazæorum nimis infossum, insculptumque memorie mæriti. Quod illi proinde dedecus, quibusnam artibus a quibus vindictæ compendijs, expungerent, obliterarentve, sedulò secum, semperque volutabant. Et cogitantibus, neque consilium tandem, neque successus longè fuit. IMPUDICA mulier, uti Tatarsi, sic omnium ceteri generis malorum, JANUS, quærentibus occasionem, aperuit aditum, ac stravit accessum in hunc, quem dicam, modum. In amænissima valle, cui nomen Soreæ; non procul urbe Ascalone, sedem ac domum defixerat Dalia quædam, natione Philisthæa, prostituti corporis femina. In hujus flamas æquè, quam in Gazæ nuper meretriculæ cupidinem, Samson incidit. Ad quam, cum ex urbe sua prætoria, SAMAS, s[ecundu]m saepius commearet; Philisthæi cognitō, mulierem esse gentis suæ, cæperunt cum ea, grandis pecunia promissō depacisci, quod captum tandem insidijs Hebræum illum Herculem, pertraheret in perni-

ciem. Mulier non avara minus, quam libidinosa, sive verè Samsonem amarit aliquando, muliebri levitate fidem mutans: sive potius amorem simularet, scelerata perfida grassans: caput ejus Philistheis Proceribus addicit, Samsoni sceleratas insidias tendit; sed non penitus per omnia vel improviso, vel suspicionis experti. Nam is blandimentis fallacibus, ac sciscitationibus astutis, aliquoties aggressam se, responsis alienissimis lactavit: ac dolo dolum repellens, ludere se per lenocinia fингentem, ipse vere ludificavit.

Philisthei Principes, ad prædam evocati, nuntiis mulieris; & intra parietes Dalilæ domūs, in insidijs delitescentes, quoties cum pecunia promissa venterant, toties decepti, cùmque sui ludibrio recesserunt. Dixerat enim Samson, imbellem ad resistendum se fore, si septem vinculis, nervo crudo, recentique plenis, & adhuc humidis necteretur; quos tamē superveniente hostium manu tanquā imbecille lini filum disrupt; quod iterum fecit, cùm restibus recentissimis, & adhuc ligaminum intactis, adstringeretur. Idem tertium repetit, cùm septem capillorum discreti cincinati, licio colligati, & in nodum redacti, circumvolutoque clavō, pavimento cubilis infigerentur; nam irruentibus Philistheis, tanquam ad signum pugnæ, à fraudulenta amica datum, subito evigilans, emicansque, caput cum clavo, crinibus, & nodo de terra retraxit.

Mulier metuens periculi, quod toties deceptis Philisthinorum Satrapis, impendere posset capiti, meretricijs lacrimis importuna Samsoni, non antedestit

destitit esse, quām in quonam *Firmitatis* ejus lateret
vis, pro compertissimo didicisset. Ad lacrimas
accedebant aurium blanditiæ: risus inter & epulas
canuntur à Sirene, Herois Hebræi, Delicij sui,
præclara facinora, maxillæ strages, venatus vulpi-
um, disruptæ leonis fauces; versatur partem in om-
nem amantis animus, suspirat, hæret, luctatur; non
eluctatur tamen; cùm enim & corporis sensim, &
mentis viribus fatisceret Samson, nec jam sibi per-
ferendam duceret importunitatem rogatricis; tan-
dem amoris impatientiæ manus dedit: aperit, àpue-
ro cunabulisque Nazaræum esse se, DEOque con-
ceptis verbis consecratum: ideoque religione voti
quod parentes nuncupârunt, & Angelus dictavit,
adhuc primigeniam, novaculæque nesciam se gesta-
re comam, cui vis omnis roboris sui divinitus inne-
xa sit.

Dalilæ facile fuit, orationem animo concordem
deprehendere; revocat igitur Philistinos Satra-
pas, & latebras veteres insidere jubet. Exinde
Samsonem amore, somnōque demersum alto-
quem papaveribus ac mulso conciliārat, genibus
excipit, & dormienti, tonsoris ministeriò, septem
illos cincinnos, & quidquid crinitum fuerat, refe-
cat; móxque incipit à gremio; déque genibus mi-
serum aspellere. Nec ille reluctatur, dum DEO
vires pristinas subtrahente languidus, debilis, & ac-
quemvis etiam feminineæ manus motum ac nutum
impulsi facillimus, vix pedibus consistit; illa ad ve-
teres suas reversa voces: Perijmus, exclamat,
Samson: perijmus! Philisthæus nobis hostis in ce-
vicibus est. Tum è latebris subitò prorsilentes cum

funib
necqu
untur
ciunt:
pugna
ac pre
millia
rum i
vum i
retrus
trusati
qui m
rijs, a
beribu
nuité
agnos
jam ne
libera
cresce
num,
præcl
omni
verat

S
R
Ann

lateret
crimas
epulas
ij sui,
s vulpi-
in om-
ur; non
sim, &
ibi per-
is; tan-
, apue-
ue con-
ne voti-
ictavit,
se gesta-
us inne-
cordem
s Satra-
Exinde
n alto.
genibus
. septem-
at, refe-
ibus mi-
n DEO
lis, & ac-
nutum.
la ad ve-
amat,
is in ce-
ates cum
fus

lunibus, & catenis Philistini Proceres, Samsonem, nec quicquam veteres pugnas spirantem, aggrediuntur; comprehensum arctissimè, tumultuosè vincunt: constrictumque, nec jam ulla sui parte repugnare validum, crudelibus cultris exoculant: ac pretiō perfidiæ muliebri persolutō, (quinque millia & quingenti erant argentei, seu sicli, quorum singuli sedecim festertijs aestimantur) captivum in triumpho, *Gazam* urbem perducunt. Ibi retrusus in carcerem, & duabus revinctus catenis, trufatilem versare molam cogitur, adjunctō puerō, qui mancipium ad assiduum laborem Sannis, dictijs, amaris exprobrationibus; flagris etiam, & verberibus adigebat, victum ac fontanam arcte, temeriterque præbens. Samson Numinis vindictam agnoscens, & admissorum pœnitens, cùm oculis jam non posset, animo lacrimabatur: quare Divina liberalitate, in gratiam recepto, cum coma sensim crescente, rediit & *gratuitum* roboris antiqui domum, cuius periculum faciendi non ita multò post, præclara se obtulit opportunitas. Audiet tamen omnis retro posteritas, eum, qui leones nuper straverat, à lupa tandem fuisse prostratum.

NARRATIO L. SAMSONIS GLO- RIOSUS OCCASUS.

Anno Mundi 2899. Ante Christum 1154.

O 3

Cum